

Mangil. de subhast. decisione 14, numero 2, & cor. Cavaler. dec. 245, numero 2. Ripol. variar. resolut. c. 5, nu. 9. & 222, Guilhelm. Anth. de rescript. & morat. conclusio 41, numero 5. Duran. decisione 448, numero 25. Bardelon. consil. 164, numero 25, & sequens. ubi quod argumentum \* ab alimentis ad dotem affirmativè valeat, non tamen absolute procedat negativè, maximè quando militat diversa ratio, & quando contrarium reperitur in jure cautum, inferens quod filia dives à patre ali non debeat, & tamen sit dotanda, quem sequitur Rota in Auximana dotium 19. Junii 1651. §. non obstat coram R. P. D. Albergato; assignans aliam rationem, quia dos succedat loco legumæ, non autem alimenta, legitima verò filiis etiam ditissimis debetur, & circa istud videndus Auctor capite 16.

Petitio alimentorum tanquam accessoria, dependens, & connexa meritis coram illis iudicibus fieri debet, quorum interest negotii principalis resolutio, ut latissime profequitur Dexart. decisione nona, numero secundo, & per totam, inferens ad petitionem alimentorum pendente lite, quæ uti accessoria coram iudice causæ principalis peti debent, & dixit ad cap. 6. nec debentur, nisi ita demum de præsumptione boni juris liqueat. Capyc. Galeotta controvers. 6, numero 3, & 34. tomo 1, & latè profequitur Dexart. dicta decisione 9, numero 11, & 12, ubi numero 13. concludit quod provisio alimentorum cessare debeat ubicunque per illam pararetur præjudicium causæ principali super qua penderet consultatio, seu relatio Principi faciendæ: qua de re dixi in annotatione ad capite primum.

## CAPUT XVI.

## SUMMARIUM.

- 1 Dos & alimenta à pari procedunt. Loco alimentorum datur numero 3. Est privilegiata sicut alimenta numero 5.
- 2 Dotis causa dicitur pia.
- 4 Argumentum ab alimentis ad dotem, & è contra valet.
- 6 Hæres unus ex pluribus pro dote in solidum conveniri potest. Contra num. 7.
- 8 Causa dotis generali statuto non comprehenditur. Declara ut numero 9, & numero 11.
- 10 Mulier pro dote potest se obligare.
- 12 Minor se dotans non tenetur ad solemnitates statuti. Exercens mercaturam à statuto exemptus à solemnitatibus contractus etiam ad mercaturam non spectantes sine solemnitatibus inire potest numero 13. Sed contra numero 14.
- 15 Rota decisione 192, apud Zacchiam de Cameral. oblig. declaratur.
- 16 Mercatorem se esse probandum est.

PRECEDENTI capite dicebam dotem, & alimenta æquiparari, atque à pari \* procedere, & istud præter ibi adductos comprobatur Georgius Mundan. consilio 29, numero 64, libro 2. Hinc dotis causa \* inter pias connumeratur maximè, quando pauperi relicta apparet lege cum is 32. §. Mulier. Digest. de condition. indebit. Gratianus disceptation. 666, num. 5.

Amat. decisione Ferrar. 24, numero 9. Georgius Mundan. dicto consilio 29, numero 6, libro 2. Josephus de Mel. ad Gizzarel. decisione 50, numero 14. Leoncill. de privilegio pauperum 94, num. 1. Surdus decisione 298, num. 9. Guilhelm. Anthed. de rescript. & morat. conclusio 41, num. 3. Cumque dos loco \* alimentorum detur. Gail. practic. obs. 38, numero 7, libro 2. Hodiern. ad Surdum decisione 90, numero 4, vers. Cum ipsa. Georg. Mundan. dicto consilio 29, num. 64, libro 2, cum adductis per Auctorem hic sub num. 13, versiculo ita etiam, inde propterea fit, ut ab alimentis ad dotem \* & è contra argumentum procedat. Hodiern. ad Surdum d. cat. decisione 90, num. 4, in fine, quod tamen declara ad mentem Auctoris hic per totum, ubi plures constituit observationes, & videnda erunt notata per nos ad præcedens caput.

Favorabilem, ac privilegiatam dotem esse sicut & alimenta \* usque adeo præexistit, ut vix discerni queat utra ex eis majus privilegium, & potentior favorem induat ex traditis per Georg. Mundanum dicto consilio 29, num. 7, & seq. juncto num. 54, libro 2. Hodiern. ad Surdum dicta decis. 90, sub nu. 4. vers. tamen dos non minus. Gail. practic. obsery. 95, num. 15, lib. 2, cum adductis per Borell. in summ. decision. tit. 5, nu. 15, & 19, parte tertia. Baldax. de Ang. ad Gizzarel. decisione 50, numero 3.

Quemadmodum ergò in annotatione ad caput 30 diximus unum ex hæredibus pro alimentis in solidum conveniri posse, ita quæritur an id quoque favore mulieris suas dotes repetentis procedat, ita ut ex pluribus hæredibus \* unum duntaxat pro tota dote convenire valeat; & videbatur respondendum affirmativè per textum in lege cum ab uno 55. Digest. de legat. 2. Cornaz. decis. 36, n. 6, cum aliis apud Joseph. de Mel. ad Gizzarel. decis. 50, num. 13. Camill. Borell. in summ. decis. tit. 5, num. 490, & seq. part. 3. Cæterum docti circa istud privilegium \* aliquod non competere explicando textum in dicta lege cum ab uno 55. Digest. de legat. 2. & teneri mulierem secluso compensationis legato convenire hæredes pro portionibus hæreditariis comprobant Franc. decis. 581, numero 7. Thesaur. decisione 67, numero 7, libro 2. Gizzarell. decisione 50, nu. 13, & per totam: ibique addentes Rot. decis. 413, à numero 13, ad 20, part. 9, tom. 2, recent. Hodiern. ad Surdum decisione 90, num. 3.

In dubium pariter revocant Doctores, an inter privilegia dotis competat, quod illius causa sub generali statuto non comprehendatur & pro negativa \* quod dos generali statuto non afficiatur post alios animadvertunt Surdus decisione 289, numero 26. Barz. decisione 82, numero 18. Joannes Franc. Andr. controvers. 112, numero 36, sed præcitata opinio ita demum procedit \* quoties statutum generaliter disponit super eo, in quo dos specialiter privilegiata reperitur. Martin. Medic. decisione Senen. 20, numero 12. Joan. Baptista Antonell. consilio 3, num. 2. & consil. 97, num. 27. Marescot. variar. resolut. 43, num. 8, & seqq. libro 1. Altograd. consil. 53, nu. 39, & 40, lib. 2. Rota dec. 177, num. 11, par. 1, & decis. 190, nu. 4, part. 8, recent. Fenzon. ad statum. cap. 85, num. 16, & cap. 158, num. 45.

Unde pro majori dilucidatione animadvertendum, quod mulier in specie privilegiata reperitur, ut

## CAPUT XVII.

## SUMMARIUM.

- 1 Actio ex nudo pacto oritur favore alimentorum.
  - 2 Pactum nudum de jure civili, nec actionem, nec obligationem inducit. Fallit accedente juramento numero 3. Et inter mercatores numero 4. De donando expressum, parit actionem, & obligationem numero 5. In judicio emissum conventionem inducit n. 6. De jure canonico obligationem producit numero 7. Et æquitate observandum est nu. 8. Præcedente obligatione inter duos ab altero transfert in tertiam obligationem num. 9. Favore dotis obligationem operatur numero 10.
  - 11 Testamentum revocatur ex subsequenti dispositione de omnibus bonis inter vivos & n. 14.
  - 12 Legitima debetur filiis in hæreditate matris binubæ, debetur ante divisionem cum vitrico.
  - 13 Mater binuba potest testari de dote duntaxat marito secundo plus non relinquat quam filiis prioris matrimonii, illud enim plus irritatur.
- EX nudo pacto favore alimentorum oriri actionem \* firmatur in hoc capite num. 1. 3. ac per totum. Leoncill. de privilegio pauperum 304, numero 2, & 3. ubi extendit ad quascunque causas pias.
- Quo cessante privilegio, & jure civili inspecto pactum nudum \* neque actionem; neque obligationem efficacem inducit. Ciarlinus controvers. 192, nu. 3. Mart. Ventur. consil. 18, num. 20. Georg. Mund. cons. 10, nu. 116. ubi tamen quod datur exceptio lib. 2. Rot. decis. 58, nu. 16, part. 6, rec. Si tamen pacto nudo accederet juramentum, \* tunc actionem gigneret. Ciarlin. dicta controvers. 192, num. 10. Georg. Mund. dicto cons. 10, num. 245, lib. 2. Mart. Medic. ad decis. Sen. examinat. 17, nu. 20. Buratt. decisione 173, numer. 5. Rota decis. 58, nu. 18, pag. 6, recent. & latius Auctor hic num. 2. Inter mercatores pactum etiam nudum \* parit obligationem, & actionem tribuit non secus ac inter alios per stipulationem. Scac. de commerc. & camb. §. 2, gloss. 5, sub n. 245, versic. Et bene. Stracc. Mart. Medic. decis. Senen. 66, num. 49, & 50. Mart. Ventur. consilio 10, num. 67. Pactum quoque nudum de donando \* dummodo expressum parit obligationem Merl. Pignatell. controvers. jur. 78, n. 13, lib. 1. Rota dec. 393, nu. 2, part. 5, rec. Pactum similiter necdum in judicio \* emissum reputatur conventio, quæ juvatur dispositione, l. tale pactum 41. §. qui procuravit, ubi scribentes, ff. de pact. Galeott. controvers. 6, n. 40, lib. 2.
- Hactenus dicta secundum jus civile militant, secus autem de jure canonico, juxta quod pactum nudum \* obligationem producit. Georg. Mund. dicto cons. 10, n. 117, lib. 2. Rota d. dec. 393, n. 1, p. 5, rec. Ciarl. dicta contr. 192, n. 4. Buratt. dec. 476, n. 14. Pasqual. qu. 366, n. 4. Nec omittam addere quod pactum nudum non pariens obligationem ex æquitate, \* tamen videatur observandum. Calvin. de æquitat. cap. 67, per totum. Gentien. in prax. tricen. 8, qu. 220, n. 3. Sicuti si præcessit obligatio inter duos per alterum ex pacto nudo in tertium \* transfertur obligatio, vel per epistolam, vel per nuncium ex illis verbis, §. de constituta in sit. de action. l. 2, ff. de pact. Rota dec. 57, num. 6, part. 8.

- part. 8. recent. prout favore dotis tam respectu viri, quam uxoris necdum pactum obligationem operatur, \* quia auxilio legis vestitur, Hodiern. ad *Surd. dec. 55. n. 5. Giurb. observ. 48. n. 9.*  
Conditio per viduam testamento, & in ipso ordinatis quibusdam substitutionibus ad posteriores convolvavit nuptias, declarando in capitulis matrimonialibus quod usufructum intendebat constituit in dotem marito quoad vixerit reservata sibi facultate disponendi de proprietate, & ubi de ea non disposuisset expressè cavit, quod transiret in venientes ab intestato. Cumque in capitulis matrimonialibus per actum inter vivos de omnibus ejus bonis irrevocabiliter \* deposuisse dicitur, consequens idè fit ut testamentum præcedens necessario revocaverit, l. sequens qu. 70. ff. de legat. 2. l. rem legat. 18. ff. de adm. legat. Pereg. de fideicom. art. 6. n. 1. Rot. dec. 83. ex n. 3. & dec. 221. n. 1. p. 4. tom. 2. & decis. 96. n. 28. & 39. p. 8. rec. & in *M. vitana Salviani. s. u. census 4 Febr. 1654. §. nec poterat Peutingero & in Melitana pacti 12 Febr. 1654. Celso.*  
Ultra quod Testamentum hujusmodi modo, quo mater contraxit posteriores nuptias, in quibus marito prædecessit, effectum fortiri nequiret, nisi pro ea parte, de qua præter conventiona in capitulis matrimonialibus disponere posset, atqui nil supervenerat ex quo filii prioris matrimonii dum erant tres ultra tertiam partem totius dotis debentur ipsis pro legitima, ut post alias animadvertentiam allegat. 100. n. 1. & latius Rota ibi impressa lib. 3. qua prius decreta residuum in quatuor partes dividi debeat, quarum tres filiis assignari oportebat. Verùm quia filii iudicio matris in conventionem matrimonialia emissio acquiescebant, idè non fuit necesse ingredi quaestionem prædictam.  
Nec applicabatur, quod l. hac edictali 6. C. de secund. nupt. non tollat titulum institutionis, nec impediatur, quominus mater binuba de ejus dote valeat testari, \* quominus permittitur, & annullat solummodò illud plus quod vitrico relinquatur firmo manente titulo institutionis, Rota dec. 712. p. 1. div. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. p. 4. n. 17. Angel. de acquir. possess. quest. 3. art. 19. nu. 984. Hodiern. ad l. hac edict. quest. 29. numero 22. non solum quia filii nolunt venire ex testamento; verum etiam Testatoris jam ante obitum de omnibus bonis disposuit in venientes ab intestato, & exinde videtur revocasse \* præcedens testamentum ex traditis per Spad. conf. 336. lib. 3.

## CAPUT XVIII.

## SUMMARIUM.

1. Legata à marito facta uxori latè interpretantur, & idè animo compensandi facta non censentur nu. 2. Maxime si contineant dictionem ultra n. 4. Animo compensandi censentur relicta quando Testator legat pro dote nu. 5. E contra facta à marito uxori non censentur relicta animo compensandi cum lucro dotis numero 6. Relicta secundo viro inopi imputantur in quartam num. 7.  
3. Uxori litiganti cum hæredibus mariti debentur alimenta, & sumptus litis, etiamsi nupserit secundo viro diviti.  
8. Legatum pro alimentis conjugi egeno relicto non tollit quin agere possit ad supplementum quartæ & nu. 21. uxori relicto non compensatur cum interesse dotis num. 20.

9. Vidua intra annum luctus alimenta debentur iudicis officio.  
10. Hæredes mariti non tenentur ad alimenta habenti aliundè ex quo vivere possit. Fallit quando debentur alimenta viduæ titulo legati, & jure actionis num. 11.  
12. Vidua relicta usufructuaria non potest prætere usufructum nec intrusoria dotis.  
13. Usufructuaria pro alimentis non tenetur præstare cautionem Mutianam. Durante usufructu dotes repetere non potest, & oblatas tam. n. recipere non prohibetur nu. 14.  
15. Emolumenta ex protocollis provenientia non comprehenduntur in usufructu.  
16. Pater si legat filiae censetur legasse in causam alimentorum; si legat secundo genito censetur legasse in causam vitæ, & militiae nu. 17.  
18. Maritus si legat uxori ut decentius viveret possit cessat compensatio. Sicuti si legasset cum dictione, ultra, num. 19.  
22. Quartæ beneficium introductum favore uxoris militat etiam pro viro: Beneficium ut computat ultra inopiam supersitit requiruntur divitiæ in conjuge defuncta, num. 23.  
24. Quarta debita pauperi egeno, si non extant filii communes supersitit etiam quoad proprietatem competit. Si verò adjunt filii acquiritur solummodò conjugi egeno in usufructu n. 25. Declara ut num. 26.  
27. Paupertas qualiter probeatur ad effectum consequendi quartam.  
28. Compensatio legati non fit cum debito voluntario, sed tantum cum necessario. Quæ distinctio omnino amplectenda venit num. 29.

**I**N legatis, quæ à marito sunt uxori lata fieri debet \* interpretatio. Seraph. decis. 240. n. 1. Morot. conf. 27. n. 9. Spad. conf. 135. nu. 2. lib. 1. ubi quod Testator legans uxori suas vestes, quas habet in domo, censetur legasse etiam eas, quæ sunt extra domum, & sunt de novo. Bertaz. conf. civ. 59. n. 15. Ciarr. contr. 47. n. 66. Rota dec. 238. n. 11. & 12. p. 7. & dec. 131. n. 6. & 7. p. 9. tom. 1. recent. Sperell. dec. 176. n. 75. Ideoque legatum à marito uxori factum \* nunquam censetur animo compensandi cum dote, nisi expressè dicat. Thom. dec. Mac. 50. n. 195. Buratt. dec. 291. nu. 4. cum adductis per Rot. dec. 152. n. 19. p. 9. to. 1. recent. & latè examinatur hic n. 2. & 3. Ripol. var. r. f. c. 13. n. 757. Sperell. dec. 176. num. 96. Cardinal. Othobon. dec. 242. n. 13. Bottillier. de success. ab intest. cap. 3. Theorem. 115. sub n. 6. vers. secundo facit. Capic. Galeott. contr. 29. n. 1. lib. 1. & dixi allegat. 54. nu. 14. & alleg. 56. n. 16. in fine lib. 3. Arias de Mes. var. resolut. lib. 2. cap. 10. n. 1. 19. & per totum. Quod si pro restitutione dotis, ac consecutione legatorum litem contra hæredes sustinere \* cogere, & sumptus litis ei subministranda venirent, tamen cum secundo viro divite nuptias contraxisset. Cravet. consilio 164. sub nu. 2. vers. non obstat. Rota dec. 50. n. 11. part. 9. tom. 1. recent. & latius de materia dixi ad cap. 1.

Circa quod omnis cessare difficultas, & apertissime excluderetur compensatio, si maritus legaret uxori, puta centum ultra \* dotem: nam exinde colligeretur, quod maritus voluerit uxorem utrumque consequi. Gratian. disc. 116. n. 41. Manent. dec. 4. n. 17. *Surd. dec. 285. n. 10. Rot. dec. 44. n. 2. & dec. 131. n. 1. & 9. part. 9. tom. 1. & dec. 460. n. 11. & 12. part. 9. tom. 2. & in Urbeviana legati 5 Aprilis*

## Observationum de Alimentis Cap. XVIII.

5. Aprilis 1647. §. duo autem. Bichio, & coram Cardinali Othobon. dec. 242. n. 15. & 16.  
5. Quemadmodum si testator legat pro dote tunc \* legatum fecisse animo compensandi non ambigitur etiam de specie ad quantitatem. Socin. jun. consil. 173. nu. 7. lib. 2. & bene declarat Sperell. decis. 176. nu. 57. Jo. Franc. Andr. contr. 51. n. 2. & 3. Arias de Mes. variar. resolut. lib. 2. dicto capite 10. num. 20.  
6. E converso pariter legatum ab uxore marito relicto non censetur factum animo compensandi \* cum lucro dotis ex dispositione statuti debito. Marecot. var. resolut. 86. n. 5. lib. 2. Verùm eo impugnatò contrarium defendit Sperell. decis. d. dec. 176. à n. 86. ad 91. & congesti per Altograd. conf. 34. n. 2. 3. & 4. lib. 2. Merlin. Pignatell. contr. 44. n. 13. lib. 2. Nisi fieret secundo viro inopi in causam alimentorum, quia tunc simile legatum impuraretur \* in quartam Auth. præterea C. und. vir & uxor. Hodiern. ad *Surd. dec. 119. n. 5. & seq. & ad l. hac edictali quest. 31. n. 18. Manent. consil. 118. n. 10. Cephal. consil. 244. Rim. sen. consil. 144. ubi etiam subdunt quod legatum à marito uxori, vel è contra factum sufficiens pro alimentis tollat beneficium d. Auth. præterea C. und. vir & uxor. Verùm in hoc eorum opinio non subsistit, ex quo adhuc competit actio \* conjugi ad supplementum, ut latissime profequitur Spad. consil. 386. num. 5. & seq. lib. 2. Rot. dec. 174. per totam apud Pacific. de Salv. ubi nu. 39. & 40. ubi secus esse inquit si legatum sufficiens pro alimentis marito, vel uxori ab extraneo ante factum extitisset. ita ut de tempore obitus superstes ex conjugibus haberet unde viveret. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. p. 9. n. 52. & seq.  
9. Intra annum luctus viduæ \* alimenta debentur iudicis officio. Mart. Medic. dec. Senen. 75. n. 17. & dec. 89. n. 20. Idèdò si habet aliundè, unde alimenta consequi valeat, tunc hæredes mariti, \* nec intra annum luctus eam alere obstringuntur, Auctor hic n. 6. Mart. Medic. dec. Senen. 75. n. 19. & facit Bardellon. conf. 155. n. 3. Sperell. decis. 138. sub n. 40. vers. at secus, & seq. Secus tamen esset si maritus uxorem intra annum luctus alendam legasset, tunc enim cum ex dispositione hominis deberentur, & sic jure actionis \* præstari omnino deberent, quantumvis aliunde vidua se aluisset ad tradita per Authorem hic sub n. 6. Quod si maritus uxori. Joseph. Ludovic. dec. Perusin. 91. n. 7. & seq. Sperell. d. decis. 138. n. 40.  
11. Nec usufructus legatum uxori merito relicto compensatur cum dote, ut subjungit Auctor hic n. 2. & 4. non tamen percipere poterit usufructum \* simul & intrusoria dotis prætere, ut dicebam alleg. 107. n. 33. lib. 3. Moccia in silv. cas. for. c. 11. n. 16. ubi alios refert Arias de Mes. var. resolut. lib. 2. cap. 10. n. 19. Rot. in Romana dote seu transactionis 1. Julii 1643. §. nec obstat, vers. dum enim, Carrillo. Cumque usufructus uxori pro alimentis relicto censetur peculiari ex privilegio insurgit \* quod cautionem Mutianam præstare non ardeat. Grat. discept. 696. n. 11. Thomat. dec. Macer. 105. n. 7. Quo usufructu durante suas dotes non repetere, \* sibi tamen oblatas ab hæredibus recipere potest, ut post alios subjungebam d. alleg. 137. n. 51. lib. 3. Bartaz. consil. civil. 59. n. 1. 2. & 8. In quo quidem usufructu emolumenta \* ex protocollis provenientia non comprehenduntur. Mantice. de consuet. ult. vol. lib. 9. tit. 6. n. 15. Bottillier. de success. ab intestat. c. 3. Theorem. 112. n. 3.  
15. Cæterum si pater filię legaverit dubio procul relicto cedere deberet in causam alimentorum.  
Melius ad Castellum de Alimentis.*

rum, \* ad quæ pater erga filias necessario obstringitur, Galvan. conf. 46. n. 25. & 26. cum aliis apud Altogr. conf. 95. n. 32, 94, & 95. lib. 1. Quemadmodum à patre relicto, secundo genito \* cum vita & militia filio post obitum patris debita compensatur. Staban. sen. conf. 2. per tot. Moccia in silv. for. d. c. 11. n. 12. Ant. de Amal. ref. 2. n. 44. sed vide Merlin. Pignatell. contr. 44. n. 27. lib. 2.

At si maritus quid annuum uxori reliquerit, ut decenter vivere possit, \* tunc cessat ratio compensandi, dum subest alia causa, cur Testator reliquerit, quæ animum compensandi excludit. *Surd. conf. 112. n. 52. in fin. Card. Othob. d. dec. 242. n. 17. vel legasset cum dictione, ultra \* dotem, tunc enim relicto deberetur ultra fructus dotis. Rot. coram Card. Othob. dict. dec. 242. num. 16. Præterquam quod sicuti legatum à marito uxori relicto non compensatur cum dote, ut diximus in principio hujus c. n. 2. ita nec compensatur cum interesse dotis \* uxori debito. A Pont. conf. 78. n. 2. lib. 2. Galeott. contr. 29. n. 6. & 12. & contr. 30. n. 11. & 30. centur. 1. quem sequitur Bottillier. de success. ab intestat. Theorem. 115. sub n. 25. vers. sic admittitur, c. 3. qui tamen legi debet negativè, etsi affirmativè ex errore impressoris concipiatur, nisi dicamus quod ejus opinio procedat juxta consuetudines Neapolitanas. Merlin. Pignatell. contr. 54. n. 18. & 19. lib. 2. ubi articulum indecisum relinquunt.*

Legatum ab altero ex conjugibus alteri pauperi relicto in quartam de jure debitam compensatur si æquale præexistat, ubi verò ad quartam non ascenderet conjux pauper ad supplementum \* quartæ ageret, & illud consequeretur ex cumulatione per hos allegat. 58. nu. 81. lib. 3. Bottillier. de success. ab intestat. cap. 3. Theorem. 115. sub n. 24. vers. quod argumentum. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quest. 23. n. 43. Rot. dec. 439. n. 49. part. 9. tom. 2. recent. Olea de cessat. jur. tit. 4. quest. 8. sub nu. 6. vers. prout quartam, ubi dubitat in sponsa nondum traducta ad domum viri. Arias de Mes. variarum resolutionum lib. 2. cap. 9. nu. 14. Antonin. de Marin. resolut. 348. n. 1. lib. 1. Georg. Mund. consil. 3. numero 30. lib. 1. Treutler. consil. 24. numero 25. ubi quod in hoc jus Saxonicum non differat à jure communi. Ripol. variar. resolut. 13. num. 103. 104. & 105. Bardellon. conf. 166. num. 3. & 4. Merlin. Pignatell. contr. 44. nu. 9. lib. 2. Giurb. observat. 89. numero 15. ubi quod pro quarta non competat regressus contra fideicommissum. Donad. de renunciat. cap. 35. nu. 1. & 65. ubi quod si maritus legat uxori aliquid pro omni, & toto eo quod prætere possit, & uxor legatum acceptet, non possit amplius agere ad supplementum dotis. Fontanell. decis. 363. num. 8. ubi quod pro quarta jus non competat in bonis antea donatis, & latè profequitur Rot. in Romana quartæ 24. Aprilis 1651. per totam Celso.

Et quamvis remedium consequendi quartam in casum inopiæ favore mulieris fuerit introductum, habet nihilominus locum in viro, \* ex quo tanquam in correlativis dispositum in uno militat etiam, & dispositum censetur in alio. Gail. præf. observat. 98. n. 5. lib. 2. Trentacinq. consil. 60. nu. 7. lib. 1. Recit. dec. 40. Cost. de ration. rat. quest. 84. num. 14. & de remedi. subsid. 2. n. 2. in fin. Cancer. variar. resolut. 9. nu. 130. part. 1. in moderna impressione. Fontanell. de pact. nupt. clausula 5. glossa 8. part. 12. numero 38. Merlin. Pignatell. dicta contr. 44. num. 9. lib. 2. Hodiern. ad *Surd. dec. 61. n. 4. Donad. de renunciat. dicto cap. 35. n. 59. Rota in d. Romana quartæ 27. Aprilis 1651.*